id eſt cum muri hieruſalem edificati fuerint. hoc eſt cum in electiſ ſuiſ
uirtuteſ fundati fuerint; hac ceptum habebiſ ſacrificium iuſticie et ac
cepta habebiſ obblationeſ et olocauſta; Oblationeſ et olocauſta .i. contri
tum ſubaudis cum ſemet ipſi optulerint tibi ex toto. Tunc imponent ſuper alta
re tuum uituloſ. Super ſemet ipſoſ imponunt uituloſ hoc eſt uirtuteſ in ſemet ipſiſ
effundabunt. Tunc acceptabiſ ſacrificium .i. ſacrificium filii tui cum ſe optule
rit tibi in ara crucis; quia ſacrificium iuſticie id eſt dicitur quia per illius mortem illi iuſ
tificati ſumus. LII. In finem pſalmus dauid cum uenit doec hec idumeus et annun
tiauit ſaul dixit ei. Venit dauid in domo abimelec. Hoc eſt ad litteram iſtoria libri
regum. qualiter dauid cum ſciret dauid ulterius minime ſe euadere ſaul poſſe deſperaret. Fugiens
uenit p' ad abimelec ſacerdotem. qui conſuluit pro eo dominum et dedit paneſ ſanctificatoſ et gladium
goliad philiſtei. Miſtice dauid xpm ſignificat; Saul qui interpretatur petitus ut peti
cio regni iudeorum, uel regnum totius mundi generaliter; Cuiuſ amatoreſ terrena tantum
petunt; Doech enim idumeus qui interpretatur terrenus notat iudam ſpecialiter perſe iudam
cutorem dauid .i. xpi ſignificat ſiue etiam antixpm generaliter; doec enim perſecutus eſt
dauid et iudas xpm; interfecit ſacerdoteſ domini et antichriſtus facturus eſt martireſ. confeſſoreſ
nominis xpi; Dedit habimelec dauid ſanctificatoſ paneſ ut ſignificaret eum futurum
ſummum ſacerdotem quod uere xpſ fuit. deinde et gladium goliad filiſtei ut oſtende
ret illum fortiſſimum regem. et xpſ rex potentiſſimus ſpiritalem goliad ~~filiſtei~~ ſingu
lari certamine deuicit. Id eſt cum uniuerſitate reproborum. Quid gloriaris in malicia.
Quid gloriaris in malicia; Iudam inuehit ſpecialiter ut antixpm generaliter.
cum omni corpore ſuo; de bene factis nemo debet gloriari niſi in miſericordia dei
quanto minus in malis. Qui potens es iniquitate id eſt hic itaque miſerrimum;
Ille potens eſt in iniquitate qui malum quod cogitat poteſt implere. Id eſt itaque miſer
rimum et quaſi gladius ſeuo coniunctus ueneno. Nam malum uelle humane fragili
tatis eſt perficere autem peſſimum. Tota die iniuſticia .i. toto tempore ne putares
cum aliquo tempore a malo ceſſaſſe; Cogitauit lingua tua; in lingua non eſt